

MISAE

TOI 9

OLL

NIEN-



Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Decima septima,

De

TERTIO COMMU-

NICATIONIS IDIOMATUM

GENERE *ἀνασκαλατική.*

Quam

Annunte *Θεανθρώπου*

SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

In privato Collegio ad disputandum

proponit

M. JOHANNES MICHAELIS

Wittebergensis.

Habebitur ad diem 18. Aprilis, horis pome-
ridianis

In auditorio minori.

WITEBERGÆ

Johannes Gorman excudebat,

Anno cl. 15 CXIX.

CHRISTOLOGIAS SACRAE

Disputatio Decima septima

De

TERTIO COMMU-

NICATIONIS IDIOMATUM

GENERE

Quam

Annuncius

per

Dr. BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

In privato Collegio

proposita

JOHANNIS MICHAELIS

Wittenbergensis

habita et anno 18. Aprilis

publice

in aedibus

WITTEBERGAE

Joannis

anno MDCCXIX



De

TERTIO IDIOMATUM
COMMUNICATIONIS
GENERE.

I.

Cum in precedente Disputatio-
ne inisium factum sit controversie il-
lius multis abhinc seculis satis acerbè
in foro Ecclesie agitata, de Commu-
nicatione Idiomatum ac proprietatum divinarum
realiter facta carni Christi, quae juxta filiam for-
mulae Concordiae tertium communicationis genus
constituit, ea iam est continuanda, & ad eius
civem progrediendum.

II. Ut autem totum negotium eò meliùs percipias-
tur, singula certo ordine subsequentiibus membris
comprehensa includemus & proponemus.

III. 1. Afferens ac sententiæ nostrae à calumniis con-
vitijs & confictis imputationibus multarum scè-
disimarum absurditatum, quibus Adversarij cum
omnibus exosam reddere conantur est vindicanda
& liberanda. 2. Dissiutiones quaedam usitatio-
res Theologorum inter actum naturalem & perso-
nalem, καὶ αὐτὸ ἡγὶ κατ' αἴδιο, τὸ εἰρημικῶς

A 3

ἔχου

Ex quibus sunt explicanda. 3. Argumenta quedam
Adversariorum sunt examinanda & solvenda.
4. denique Meditatio quedam practica de conatu
Satane, ac moribus hereticorum nobis erit insti-
tuenda.

IV. De i. Neque fatiari impudentia, neque
repleri potest insipientia: sed ad omnia
expandit cogitationem & hians os, inquit.
Epiphanius de heresi Messalianorum l. 3. her. 80.
Quod satis congrue de Calvinianis in hac ipsa con-
troverfia dici potest, qui suam simul & insciam
in propria sententia tuenda, impudentiam vero in
nostra impugnanda produunt & ostendunt.

V. Sententiam enim nostram calumnijs atrocissi-
mis proscindunt, statum controversie sepiissime
fraudulenter immutant ut sic satis strenue contra
nos pugnare possint, & nos Eutychianos, Nesto-
rianos, Marcionitas, Monotheletas Monophysitas &
quid non? palam in universo theatro Ecclesie pro-
clamant, a quibus tamen hereticis nostrates Theo-
logi totis quod ajunt castris dissident.

VI. Et licet Theologi nostri tam lingua quam ca-
lamo, tam voce quam scriptis tam publice quam
privatim, sibi cum antea dictis hereticis nil com-
mercij esse, sed potius sese istorum dogmata ex ani-
mo execrari multoties, protestati sint, egregijsq; in
lucem editis scriptis acerrime, summo cum Eccle-
siae applausu ac fructu ea impugnarint, attamen
hisce

5
hisce omnibus neglectis, contra conscientiam datâ
operâ in istiusmodi calumnijs immorari non ve-
rentur.

VII. Hinc omnes illas absurditates ab istis hereti-
cis olim propugnatas nobis affingunt, magnoq; cla-
more vociferantur, nos exæquare naturas, tollere
earum differentiam, confundere ac abolere earum
proprietas essentielles, unum in alterum conver-
tere, & infinitum λόγων includere finito carnis
corpusculo, cum tamen contrarium & statuamus,
credamus, doceamus ac majori cum fructu quam
ipsi contra istos hereticos propugnemus.

VIII. Ita omnis verecundie isti homines sunt obli-
ti, ut nobis summam injuriam facere, Ecclesias
nostras deterrimarû hereseon accusare impuden-
ter non desistant adeo, ut nec ipse Paræus in suo Ire-
nico, in quo tamen nos ad pacificationem amicè so-
licitat ab istiusmodi calumnijs abstinere potuerit,
c. 28. art. 13. p. 266. Fieri confusionē, si quod
unius est proprium, alteri quoque fieret
commune clamitat Zanch. l. 2. de Incarn. p. 340.

Tertium prædicationis (communicationis idio-
matum) genus novum & antehac inauditū
nil aliud est, quam monstrum partim ex
Eutychetis delirio partim ex Nestori bla-
sphemia Monophysitarum & Monothe-
letarum somniis conflatum, calumniantur
Auth. Admon. Nest. p. 14. Essentialium Deita-

6
proprietatum realem in carnem Christi
effusionem, quæ fuit altera Eutychetis
blaphemia, a nobis introduci ac in Eccle-
siam invehi, splendide convitiatur *Beza*
vol. 3. p. 104. Hoc ipsum dogma, intelligens
nostram neq; a Nestorii in naturarum sepa-
ratione, neque in essentialium proprieta-
tum confusione ab Eutychetis blasphe-
mia discrepare contendit atq; contendit,
audacter criminatur *idem p. 101.*

IX. Verum pergant illi vociferari, debacchari, con-
vitiari ac in sententiam nostram invehi, in scriptis
tamen nostratum nil istiusmodi reperietur, neq;
per bonam consequentiam extruetur. Accusasse
autem si sufficiet, quis innocens erit, inquit
alicubi Tertullianus.

X. Posset quidem adversarius aliquis ita excipere,
quod licet verbis dissideamus ὁμοῦς ἢ ὁμοίως, re ta-
men idem cum illis sentiamus, cum stantibus hypo-
thesibus nostris talia absurda ex ijs oriantur ac se-
quantur. Huic respondemus insiciando, nihil ho-
rum ex nostra doctrina de reali idiomatum com-
municatione sequi. Si enim persona ἢ λόγος ab q;
ulla sui mutatione, vel multiplicatione vel trans-
fusione vel etiã conversione humana nature Chri-
sti realiter fuit communicatus, quod ipsi adversarij
fateri necessum habent, nisi ipsissimam unionem
villere ac negare velint, quid igitur repugnabit ἢ
in causa erit, cur non ἢ eadem ratione salvus ma-
nen-

mentibus & naturis earumq; proprietatibus he ipse
 carni Christi essentialiter absq; conversione, aboli-
 tione &c. sint datae ac communicatae.

XI. De 2. Confusio ut est errorum mater, ita econ-
 tradistinctio veritatis est genitrix, juxta illud: Qui
 benè distinguit, benè docet, propterea etiam
 Theologi ad rectius explicandam communicationis
 idiomatum doctrinam aliquot distinctiones adhi-
 buerunt, quænam sit causa talis communicationis,
 & quomodo proprietates comunicatae sese habeant
 ad naturã humanã, cui facta est illa comunicatio.

XII. Prima distinctio, quæ & communis ac fre-
 quentissimè occurrit, est, quã distinguunt inter
 actum naturalem & personalem. Illum, caro Chri-
 sti, quia naturalis caro, nobisq; consubstantialis, ex
 se & per se communem nobiscum obtinet: Hunc
 verò propter unionem hypostaticam, quia caro hy-
 postaticè unica est Deitati & λόγῳ sortitur. Caro
 enim Christi non est tantum communis caro, sed
 ipsius Filij DEI, ex qua prerogativa non po-
 test non altiore ac sublimiore conditionem ac-
 quirere.

XIII. Notandum tamen, quòd fundamentum
 actus personalis, non sit tota persona composita
 constans ex ambabus naturis, uti contendunt ad-
 versarij, quòd facilius sub hisce latibulis latitare, no-
 bisq; suum facere possint, sed persona simplex
 involvens unam naturam, cum sua tamen
 subsistentia & personalitate, quòd ita probo:

A 4

A quo

A quo dependet unio humane nature cum λόγῳ, ab eo etiam dependet communicatio Idiomatum τῷ λόγῳ facta humane nature; Atqui unio illa dependet non à persona composita, quæ involvit simul naturam humanam, quæ seipsam unire non potest, sed à persona simplici τῷ λόγῳ assumentis eam. Ergo ut unio, ita etiam communicatio ab illa persona simplici dependet.

XIII. Sicut enim unio naturarum divinæ τῷ λόγῳ & humane non est actus naturalis sed personalis, ita etiam communicatio idiomatum divinorum est actus personalis; porro cum caro dicatur personaliter unita τῷ λόγῳ, etiam personaliter omnipotens, vivifica &c. dicenda erit.

XIV. Quare licet caro Christi non sit persona tota composita, est tamen ὑποστατικῶς ἐν τῷ λόγῳ in ipso Verbo subsistens, & ἐνυπόστατος personati, id est, donata subsistentia τῷ λόγῳ indeq; adeptæ est actum personale.

XV. Nisi igitur duas personas in Christo impiè statuere velint actum personale ut amplectantur & assumant necessum est. Ratio: Nam humana natura Christi subsistit. Subsistit ergo vel actu proprio naturali ut alij hominis, vel actu personali, τῷ λόγῳ ex unione personati. Sin hoc negant Adversarij. Ergo prius assereant. En igitur duos actus subsistendi naturales, Verbi & Carnis, quod aper- tissimè Nestorianum.

XVI. Idcirco quicquid per, & propter naturam
[huma-

humanam dicitur de humanitate Christi, id naturale ei est, & naturaliter de ea dicitur. Quicquid verò per & propter unionem hypostaticam dicitur de humanitate Christi, id personale ei est, & personaliter de ea dicitur, ubi τὸ personaliter non tantum causam, verum etiam modum & rationem attributionis designat.

XVII. Altera distinctio in scholis Theologorum usitata est, quâ distinguunt inter id, quod nature humane καὶ αὐτὸ per se, & κατ' ἄλλο secundum aliud competit, quæ quidem verbis à priore differt, re autem cum illa coincidit. Est igitur καὶ αὐτὸ idem quod essentielle, naturale, & quicquid ad nature humane Christi essentialiam & constitutionem pertinet; κατ' ἄλλο verò quod aliunde est, nimirum ex unione hypostatica.

XIIX. Attribuuntur ergò idiomata divina carnem Christi, eaq; rectè dicitur vivifica non καὶ αὐτὸ sed κατ' ἄλλο, non quia est humana caro vel sua essentialia aut qualitatibus talis, sed quia est propria caro ipsius ἔ λόγῳ, qui est ipsissima vita, quæ illi hypostaticè est unita, quæ unio hypostatica efficit, ut vivificare possit, quare dicitur de carne Christi κατ' ἄλλο, sicuti etiam subsistere in ἰσοστάσι Filij DEI competit humanitati Christi non καὶ αὐτὸ, sed κατ' ἄλλο, scilicet propter, τὸν λόγον eam assumentem. Nam quo modo humana natura Christi dicitur subsistere ἐν τῷ λόγῳ eo etiam dicitur

dicatur esse omnipotens, omnipræsens &c. cum communicatio horum attributorum sit consequens illius subsistentiæ; Atqui caro Christi κατ' ἄλλο seu personaliter subsistit ἐν τῷ λόγῳ. Ergo & κατ' ἄλλο est omnipotens, vivifica & sic quoque de cæteris iudicandum.

XIX. Tertio solent distinguere inter τὸ εἶναι καὶ ἔχειν esse & habere. Illo modo attributa divina manent ei naturæ, cuius sunt propria. Divina enim natura filij est ipsa vita, ipsa ζωώδης vita & ipsa ζωώδης omnipotentia. Ergo Filius DEI est vivificus & omnipotens τὸ εἶναι, quo pacto caro Christi non est vivifica, ita ut ipsissima sit vita, ac tota & essentialis vita.

XX. Posteriori verò modo propria fiunt communia alteri, naturæ σωηδυσιασμένη ad communem possessionem ac realem, ut ita loquar, habitationem. Quod tamen ἔχειν & habere ad nullum quadrat modum habendi physicum, sed omnino in hoc loco peculiarem ac planè singularem induit rationem, propter quam caro Christi dicitur ἔχειν habere & possidere, ut hypostasim, ita etiam idiomata τῷ λόγῳ.

XXI. Non itaque licet inferre, caro Christi non est ipsa omnipotentia, ergo neque omnipotentiam habet, neque omnipotens est. Nam etiam caro Christi, non est ipsa personalitas, sicuti λόγος est sua ipsa subsistentia; Si igitur discursus iste valeret eadem

eâdem ratione inferre quis posset, carnem & λόγῳ
 neq; esse ἐνὸς ἰσότητος seu personatam, neq; per
 unionem personalitatem in λόγῳ habere, cum
 non sit ipsa ἰσότης, id quod tamen longè ab-
 surdissimum.

XXII. De 3. Sequitur jam ut quaedam argumen-
 ta, quibus generaliter totam ac omnem idiomatum
 communicationem Adversarij convellere satagunt,
 in medium producamus.

XXIII. 1. Nullum proprium potest com-
 municari alteri naturæ. Nam sic proprium
 esse desineret. Quod enim proprium est &
 manet, non est commune alteri naturæ: &
 quod commune est, non jam est propri-
 um, nec dici potest, colligit Sobn. tom. 2. art. 3.
 p. 502. C. A. Iam attributa divina sunt propria na-
 turæ divinæ. E. carnè Christi comunicari nequeunt.

XXIV. Respondemus: 1. Propositio est falsissima si
 generaliter intelligatur, uti patet ex illis modis,
 qui ab utraq; parte sunt in confesso & extra con-
 troversiam, cum proprium generis commune sit
 speci, i proprium partis commune sit toti, & pro-
 prium accidentis commune sit subjecto.

XXV. 2. Proprium & commune in præsentî hac
 nostro negotio non debent sibi opponi, cum non sit
 utrinq; idem respectus, & non fiat secundum idem
 & ad idē, quod tamen in omni legitima opposuione
 summè est necessariū. Distinguiq; igitur inter sub-
 jectū καὶ ἐνὸς ἰσότητος & subjectū καὶ σὺνδύασιν.

Priorâ

Priori modo unum numero idioma non potest esse in duobus numero subjectis secundum scilicet inhabitationem & πρῶτοις δεκτικῶις: Hic enim valet ille Canon: Unius proprii non nisi unum πρῶτον δεκτικόν est. Posteriori vero modo idem proprium non repugnat esse in duobus subjectis, in uno quidem per se πρῶτος, ex cuius natura resultat; in altero vero δευτέρως κατὰ συνδύασιν ad communem possessionem, usurpationem & denominationem.

XXVI. Si realiter communicantur proprietates: Ergo omnes, quia Deitatis proprietates sunt realiter indivisibiles & inseparabiles, concludit Sadeel in Vol. oper. Theol. p. 154. fac. b. Atqui aternitatem, infinitatem carni Christi communicatam esse dici nequit. Ergo neq; omnipotentia, vis vivificandi &c. quia attributa hae perpetuam habent συνοπαξία.

XXVII. Respondemus; 1. Negatur connexum, quia non ad unius idiomatis communicationem, statim inferenda est alterius cuiuscunq; , vel etiam omnium idiomatum communicatio: Ista enim συνοπαξία quam urgent adversarij locum habet in participatione subjecti κατὰ μέθεξιν, in qua subjectum unum δεκτικόν definitionis alterius est, sic homini nimirum species communicatae sunt omnes proprietates ad rationem animalis, nempe generis praecise spectantes; Non autem lo-

cum

cum habet in isto, quod inest per unionem subjecti cum subjecto, quod fit in presenti nostra materia. XXVIII. 2. Ratio hujus diversitatis partim sita est in ipsis proprietatibus communicandis; partim in subjecto altero, quod non pariter est δεκτικόν seu idoneum ac receptibile, ad recipiendum & usurpandum omnes, uti constat ex simili de ferro ignito. Idiomatum autem quaedam sunt ἐνεργητικά in creaturas, ut vis vivificatrix, omnipotentia &c. quorum vestigia in rebus creatis reperiuntur: Quaedam vero sunt ἀναιρέπρητα, ut eternitas, quae de solo DEO praedicantur. Illa carni Christi assignantur, & recte dicitur vivifica, omnipotens, quia ejusmodi ἐνεργείας in assumpta natura, cum ea & per eam ὁ λόγος & exequitur. Haec autem de ea immediate non dicuntur, quia nullas ἐνεργείας per carnem de se immediate edunt. Cum autem omnipotentia illa, quae carni Christi communicata est, eterna & infinita sit hinc eternitas infinitas mediate eidem attribui potest.

XXIX. 3. Si iste discursus valeret, eodem ferme modo Photinianus quidam colligere, ac totum mysterium Trinitatis evertere posset. Si enim hoc axioma Calvinianorum semper & universaliter verum est: Quaecumque realiter non differunt, sed unum sunt quoddam ἀδιαζέτως, illorum communicato uno, communicatur etiam alterum, facile Photinianus quidam subsumere posset: Atqui hypostasis & es-

Et essentia DEI Patris realiter non differunt: Ergo ambo Filio sunt communicata, Et sic filius erit Pater, Et non Filius, quod absurdum.

XXX. De 4. Sequitur jam ultimum membrum meditatio antegresse tractationis practica.

XXXI. Egregium autem hic habemus specimen astutiae ac insidiarum, quas nobis struunt Satanas ejusque membra haeretici falsique fratres, quorum conatus, dum Ecclesiam à Christo abducere unice nituntur, ac mores, quibus se gerunt in hac controversia, dum in varias formas se transmutant, hic nobis tanquam in clarissimo speculo conspiciendi proponuntur.


XXXII. Duplici autem modo hostes illi nostri à catholici Ecclesiam aggrediuntur. 1. Astutia. 2. Violentia. Prioridum utuntur armorum genere, simulant amicitiam, multas scripturas crepant, adhibitis ratiunculis humane rationis satis plausibilibus, novum etenim Diabolus sese transformare in Angelum lucis, ut ita simpliciores à recto veritatis tramite abdicere, dolis ac fraudibus circumvenire possit.


XXXIII. Cum vero ipsi hac via diligenti scrutatione Scripturarum, solida Sophismatum solutione ac pellis ovinae detractione, praecuditur, alia jam via rem aggrediens, lupinam assumit naturam, apertissimas indicat inimicitias, calumniatur Et criminatur, Et quicquid astutia obtinere non potuit,

potuit, illud violentâ manu, fremente animo sibi
 vendicare tentat, quos modos regnum suum am-
 pliandi quomodo hîc quoq; observaverit quilibet
 cordatus facile videt, à quibus artibus ac prastigiis
 illius $\mu\upsilon\sigma\iota\omicron\tau\epsilon\ \chi\upsilon\eta\tau\epsilon$ eiusq; squamarum cum nos
 ex proprijs viribus extricare & salvare non possi-
 mus, ipsam Ἡεὐαγγέλιον supplices rogamus, ut
 Spiritu suo sancto nobis assistere ac nos ab insulti-
 bus hostium protegere dignetur, ab nominis sui be-
 nedicti, quam impugnant gloriam, cui sit
 laus & gratiarum actio in secula
 nunquam termi-
 nanda.

E I N I S.







B.I.G.

Farbkarte #13



LOGIAS SACRÆ
 Decima septima,
 De
 COMMU-
 IS IDIOMATUM
 Ε αναστασινη.
 Quam
 nte Θεανθρωπω
 PRÆSIDIO
 SARIS MEISNERI
 neol. D. & P. P.
 legio ad disputandum
 proponit
 S MICHAELIS
 tebergensis.
 18. Aprilis, horis pome-
 idianis
 torio minori.
 BERGÆ
 rman excudebat,
 cl. 15 CXIX.

